

STADT MEISSEN.

No. 1. (1150.)

Markgraf Conrad verleiht der von dem Burggrafen Hermann in seiner Behausung gestifteten Egidienkapelle die Renten von drei Häusern in und bei Meissen und dem Dorfe Salbitz.

Anno incarnationis domini M. C. L. dedicata est capella in curia praefecti urbis Misne sita a venerabili Alberto eiusdem civitatis episcopo in honore sanctae et individuae trinitatis et sanctae Mariae perpetuae virginis et sancti Egidii confessoris Kal. Sept. Ego autem Conradus dei gratia marchio Misnensis dotavi praefatam capellam ob dilectionem atque petitionem fidelissimi mei Hermannii praefecti, fundatoris eiusdem capellae, et cum licentia regis illustrissimi Conradi donavi ad luminaria duo curtilia sub urbe contra curiam praefecti sita IIII^{or} solidos solventia, et si quis ultra fructus inde potuerit provenire, cedat in usum presbyteri. Ad usum vero sacerdotis villam unam nomine Celewiz in burwardo ad Ganam^{a)} sitam, cum omni iure excepta advocatia, cum areis aedificiis agris cultis et incultis, exitibus et redditibus et unum curtile ante urbem iuxta rivulum qui dicitur Misne sitam cum orto adiacente. Et ut huius actionis memoria teneatur indeleta, hanc cartam conscribi feci ac proprii impressione sigilli consignari.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem wohl erhaltenen Reitersiegel des Markgrafen Conrad an einem Pergamentstreifen.

Schoettgen dipl. Nachl. II. 393. — Dess. Gesch. Conrad d. Gr. 312. — Calles ser. episc. Misn. 126. — Hasche Magazin V. 479 f.

a) Salbitz, Par. Jahna.

No. 2. 1161.

Markgraf Otto eignet der Egidienkapelle einen von Sifrid, dem Capellan des Burggrafen Hermann angebauten Weinberg mit Genehmigung des Kaisers Friedrich und unter Zustimmung der Burgmänner.

In nomine sanctae et individuae trinitatis, Otto dei gratia Misinensium marchio. Sicut salutis principum vel quorumlibet fidelium congruit dote seu qualibet possessione terminos ecclesiarum dilatare, ita nimirum ipsorum tum salutis tum etiam honori convenit, ea quae contulerint ecclesiis manuscripto vel qualibet legitima traditione sub attestatione fidelium in perpetuum confirmare. Quocirca notum esse volumus tam posteris quam praesentibus, qualiter vineam a Sifrido fidelis nostri Herimanni praefecti capellano excultam pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum ex